teor. enim nihil aliud est in hoc loco nisi gratias et laudes ago tibi pater. Usu autem usu
carnalium ipsum imitantes quos sepe dicebat nemo scit quis sit filius nisi pater et qui
pater nisi filius. et cui filius voluerit revelare. Ad hoc per usum non carnalium ipsum se
querentes qui [...] ad hoc dicitur. dominus ait. Venite ad me omnes qui laboratis et hone
rati estis. et ego reficiam vos. Et paulo post. invenietis requiem animabus vestris. Ubi
evangelium legitur, epistola legi non debet. et si inferiore gradu. quia vilis predicatio ad evangelium
altitudinem ascendere non potuit Christi. Quando in alio epistolam vult ubi prefatus evangelium
vilis predicatione coartare tempora evangelii Christi. Hec in eodem gradu responsori
um et alleluia cantari debet quo reveratur evangelium Christi. ne assimilari apostolorum vocatos
discipulorum. lxx. duorum. Missio lectoris videtur evangelio Christi. Evangelium autem legitur in quo
Christus ore suo loquitur populo. ut Matheus ait. Et aperiens os suum docebat eos dicens.
Beati pauperes spiritu et reliqua. ut videlicet Christus per legem psalmos et prophetas os suum aperiens
est locutus populo. Iterum post epistolam. responsorium et alleluia que nunc celebrantur in missa plus
ceteris. scilicet legem que per singula sabbata in veteri testamento legebatur evangelium in quo reta
renovata est si populo ipse Christus loquitur. Hoc autem diaconus lecturus de episcopo aut presbytero
benedictionem petit. at ille inquiens ait diacono. Dominus sit in corde tuo et in
labiis tuis. Tunc demum pergens diaconus ad altare. accipit evangelium et non indifferen
ter sed ex parte ponens in dextro humero tenetque ad ambonem duabus precedentibus
candelis propter Moysen et Heliam qui sunt veri testes resurrectionis vivorum et mortu
orum populum illuminantes. et duobus turibulis vel uno quod significat corpus Christi pas
sum. eidemque fumus incensi significat orationes. Carbones autem vim sancti spiritus illumi
nationem designant. sive fervorem caritatis. Sed candele ideo in pavimento
ponuntur diacono evangelium de manibus acolitorum iuxta ambonem depo
nuntur. ne aliquis contra predicationem supra quod in prophetis evangeliis et apostolis
repperit doctrinis. Et turibulum ascendendo et descendendo semper pre
cedit evangelium per medium pulpitum. non tamen permanens diu in ambone. quia que
evangelium qua ei passio per turibulum significata est moriens. Cum autem legitur
evangelium baculi deponuntur. et manibus ut audientes distentantur. quia capud
eius harundine percutiebant. Modo enim est baculus necessarius vel est humana
num auxilium. dum ipsum Christum presto habentes eum audiamus. Cum autem utrumque
humano auxilio. ante vel post evangelium baculos manibus tenemus. docet